



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LXXVII. ANNI 1676. 25. SEPTEMBRIS.

1676



EXTRAORDINARIÆ RELATIONES ANNI 1676. 25. SEPTEMBRIS.

Viennâ, 13. Septembris.

AVgustus Cæsar cum huc labentis nonâ venerat & Archi-Ducem Oenipontanam novâ correptam infirmitate inviserat, eadem post meridiem redibat Eberipagum: heri vidua Polonorum Regina comitata vidua Imperatrice & Archi-Duce Marianâ Neostadium, ubi junior Archi-Dux moratur, venit, ubi cum invicem vale sibi tulerint, Vidua Imperatrix huc cum utraque Archi-Duce; vidua verò Regina Graicum proficiscuntur: eadem nonâ sub vesperam flamma hic noctem integram sæviens, multas ornatas trium vicorum prope portam *Kernerensem* domus diluit, multum damni peperit, ipsumque zythi vectorem, cujus incuriâ creditur sustentata, cum equis, quibus pabulum daturus, devoravit. Antè ostidium Medicus Cæsaris Doctor Becker huc revertit, negotiis, quæ sibi commiseramus, feliciter in Belgio expeditis. Depurati Sveciæ & Norimbergenses egerunt hic super hibernis militi Cæsareo instruendis. Fervent delectus, quos sumus auspiciati. Chiliarcha Stanco cum legione Hussarorum iustus est se phalangi Strassoldica unire. Ex Vagaria percepimus, Marchionem de Bethune Oratorem Gallicum in Polonia morantem multos Officiales per Poloniam & Transilvaniam rebellibus in Vngariam misisse: Cassaviles nuntiant, à rebellibus trans Tibiscum duo castella *Nanas* & *Hadisth* igne devastata, incolarum verò, cum in cœmeterium sese receperint, quatuor duntaxat trucidatos, & aliquot vulneratos: hujus hostilitatis certiores redditu Cæsari & dictos rebelles actutum insequi, paulò post ducentos eorû equites assequantur, quorum pauci vitâ donati. Viginti præteriti Hollandorum rates bellicæ numero 14, cum aliquot incendiariis è Panormitano in Neapolitanum portum appulsi sunt feliciter, quibus ne Galli faciles struant ignes clari immittendos, Neapolitanum circumquaque portum suum communiant. *De* Mediolanum subit D. Petrus Galtano, D. Ferdinandi *del Campo* Secretarii *universalis* expeditionis Filius, hanc ad Aulam cogitat, nomine Hispaniarum Regis testaturus dolorem ex obitu defunctæ nuper Imperatricis, & tam diu hic mansurus, usque dum in locum Oratoris hic Hispani Marchionis de los Balbales, quâ Plenipotentiarii ad Tractatus pacis Noviomagum concessuri subrogetur alius: Panormitanum portum suum, ne Galli hostilem meditentur irruptionem, grandi firmâque cœnâ occluserunt.

Parisiis, 15. Septembris.

Cursor, qui heri advolavit ex Alsatiâ, tulit conditiones deditionis Philippopolensis, quæ non minore quam Exercitus Luxemburgici eneruatæ dyfenteria vires telo tristitia vulnerat animos Aulæ. Cursor Romanus nuntiat, Cardinales Gallicos attingisse Romanum, pontificium eligendi Papæ conclave ingressos quadraginta & quinque Purpuratos Patres, agi denique sedulo de eligendo Papa. Regina Polonorum Comitatum de Rjeux in Picardiâ quingentis pondo millibus dicitur emisse.

Hafnia, 15. Septembris.

EX mandato Regis Archi-Thalassius Tromp, relicta Insula *Rugen*, invigilat sex aut octoginta navigiis Finnos ad Exercitum Svecicum cogitantes sub præsidio novem bellicarum ratiarum vehentibus: prosperrimi nostram in Norvegia progressus ad tributa pendenda describunt totam facili *Dalslandiam*: vi-

gilantissimi excubitores Christianopolenses maturè prodicionem quorundam incolarum deprehenderunt; stramen siquidem, pulvis nitratus & funes incendiarii fuerant applicati turri pyreo pulvere completæ: adhucdum latec, quinam hujus sceleris incentores. Exercitus noster in *Labalm* augebitur accessuris proximè quatuor Mechlenburgicis, totidem Danicis sup. Vicarii Bauditz, binis Monasteriensibus totidemque Lunzburgicis legionibus: Svecica castra se tenent trans Helmsitadium binis illinc milliariibus in *Valckenburg* secundum fluvium.

Berline, 15. Septembris.

Electoris nostri Filix natu juniori anno ætatis secundo lapsâ Veneris post graves dentium toleratos dolores defunctæ parentabant terni omnium totius Civitatis Campanarum clangores. Cursor extraordinarius nedum validâ Civitate *Damm* metu militis nostri fugisse nuntiat Svecos sed & ad sui deditionem equatum Lockentzium, cujus condiciones cum eadem sint, quæ nuper ex Anklamensibus, non operæ judicavimus pretium, illas adjicere.

Ex Castris Cæsareis in Griesheim, 16. Septembris.

Quamvis hostis in suis se castris moverit, quæ *Kappelè* versus appropinquatur, ut nos aggredetur; heri nihilominus allatum, quatuordecim turmas hostiles, quæ nobiscum pugnaturas credebamus, eam ob causam fluvium *Els* trajecisse, ut annexam Episcopatus Argentinensii Vrbeculam *Ettenheim* expoliarent, quâ pabulo & annonâ quamvis exigua exurâ, ad suos redierunt solis prædationibus intentos: certum est, Gallos hanc ob causam in *Brisgoiam* irrupisse, ut suas suorumque exhaustorum equorum vires resocillant, & contra parcat Alsatiæ tam diu, usque dum September collegerit uvas vinumque vasis incluserit & October seminaverit: totam Gallorum legionem memori & montibus, ut rusticos exueret pecoribus, recens appropinquare cum explorasset, nostram plurimum provolarunt, eamque circumcinctam ad-d coercuerunt & constrinxerunt, ut, præter novem Officiales, quinquaginta & septem gregarios huc tractos captivos, tora paci data: Generalis *Schultz* & Chiliarcha de *Mercy*, prope *Valdkirch* cum suis subsistentes, frequentibus cladibus & eodibus multant Gallos, & aliquot centenos vinctos *Friburgensibus* immiserunt carceribus: nostram alii multos Gallicos impedimentorum bellicorum equos passim huc ducunt, nudius tertius quadraginta cum quinquaginta captivis, heri alias prædas, hodie pabulum & Gallorum faucibus revulsurum viciniora sunt hostibus hæc castra, lineas novorum non procul ab hoste ducimus.

Hamburgo, 19. Septembris.

Sveci-zantes hæc imaginantur magnum levamen spondere Svecis belli à Rege Galliæ factam Danis denuntiatione, cum nedum ingens illi sit annexa pecuniaz vis è Galliis in Sveciam transportanda sed etiam Classis Svecica roboranda sit nõ paucis Gallicis partibus mortuis, scelerantes Mechlenburgici, secundum fugâ Svecico-Dammensis præsidii & subjugationem Lockentzii factam Brandenburgicorum Insultibus, reserunt viciniam Demminio castrum invasisse Brandenburgicos, illoque novos prædialios Gubernatores Demminensem conatum quidem expellere, repulsum verò ad ipsas urbis suas portas insequentibus generosè Brandenburgicis: hi quoque ceperunt rusticum Demminensem litteras Gubernatoris sui latissimè

COPYRIGHT - NOT TO BE REPRODUCED PHOTOGRAPHICALLY WITHOUT PERMISSION



ad Comitum Konigsmarckium, quibus ille vehementissime sollicitat subsidium, adeo sibi laboranti necessarium, ut, si negetur, certo certius quamvis inuitus debeat victas offerre manus: *Damm* iugerunt Steitnum nongenti pedites & sex equites praesidarii. Gedano labentis septima Polonorum Regina in Poloniam rediit, thonica Secretario regio praeter mentem ad se biduo ante misso: Polonia formidat Turcos & Tartaros ad solum suum adproximantes.

Ex Tractu Albis, 19. Septembris.

Rex Sveciae, qui adhuc dum Exercitui suo ipse praestitit, nuperamque velitationem prope Helmstadium eminens spectavit, castra sua non procul a Falkenburgio metatus est in campo Danis in quo, laborantia victu ob nullibi erecta, multo minus annonam completa granaria. Danicus Tubicen recenter Helmstadio ad castra sua factus redux affirmat, Officiales, quos potissimum in nuperam novercante Danis velitatione est vivis raptos Rex Daniae existimaverat, dicta in urbe subesse chirurgorum in medela adhibenda vulneribus sollicitudini, ubi; fuisse datam licentiam quoscunque decumbentes invivendi: cum in castris Danicis appaerata sint singula quae ad struendos in moenia licet validissima assultus requiruntur; existimamus Regem Daniae jamjam infestaturum Helmstadienses, eorumque moenia armatis, si possibile, manibus conscensurum, ne tempus hoc in huiusmodi expeditionibus ineptam vergens fallatur inutilliter, tandemque detur occasio dimicandi cum Svecorum Rege: interea ad Exercitum Danicum multi Desultoriorum, Equitum & peditum de Selandia adveniunt: fama, quae quater mille finnis auctus Exercitus Svecicus, non confirmatur, accessere solum multi rucolarum, qui operas suas elocant trahendis tormentis bellicis, quorum numerantur quadraginta grandiora: Dani anhelant ad proelium cum Svecis, excitati & irritati falso rumore quasi multi fuerum a Svecis in Helmstadiensi solo enecati, dum tamen cum decem aliis salvus ad castra redierit sup. Vicarius VVarnelein, quem fama caelum autumnaverat.

Spiria, 9. Septembris.

Vicontractus inter Generales obsidentes & Gubernatorem du Fay super ditione Philippi popoleos inici, currensis decima sexta nimirum lapsa Mercurii sedecim pedestres obsidentium centurix ingrediebantur Civitatem obsessam, unis in stativis actura vigilias: altera Iovis sub nonam matutinam cedebat praesidium Gallicum, mille sci: & sedecim pedites, sex equestres centum quadraginta & octo equitum & quatuor desultorix centum & viginti Dimacharum cepturix, majorum inferiorumque Officialium, infirmorum & sanulorum quingenti & quinquaginta circiter, instructi ducentis & novem curribus & cistis, vehentibus impedimentis, infirmantes, vulneratos, octo tormentis bellicis, mortario & quatuor aereis navigis: Gubernator quam humanissime Rhenum inter & Civitatem a Caesareis & Imperialibus Generalibus, cum illis una subsistentibus appropinquaret ex equo descendens, excipiebatur ipse Margravius Brandenburgensis pedes eundem salutabat mutuis amplexibus: cum paucis una locuti, & Gubernatorem adamantibus superbiente gladio Margravius donasset, uterque equos descendit praesidiumque cum omnibus curribus transibat Caesareum Rheni pontem, quo in litore cis-Rhenano subsistebant cohortes, quarum conductu Landaviam versus & Sebushio Hagenoam nunc cogitant. *Ceteras circumstantias, & accuratissimam omnium relationem, qua hic sponte supersedimus, Lector a me infra nominato habebit Germanico nudius tertius datum idioma.* *Bremia, 19. Septembris.*

Orator Caesaris Baro de Landsee huc Civitati remississe dicitur viginti & quinque Imperialium millia, quos miles Monasteriensis in sui restauratiorem hucusque flagitaverat: ratio est, quod ille pro-

priis sumptibus teneatur numerum viri esse renovare, cum facta sit dicecesis Bremenensis divisio, parsque cesserit Monasteriensibus: contra haec Civitas Romanorum Imperatori triginta Imperialium solvet millia: in puncto contractus & dictae divisionis possunt graves occurrere difficultates, cum Dani & Brandenburgici contra eam protestati. Quae non ita recens hinc movit ad Tractum Rhemi phalanx Monasteriensis non solum Lunaburgicis, sed etiam, ut credimus, Osnabrugentibus ab Hollandorum Exercitu separandis augenda in Exercitum viginti & quatuor virorum millium excrecet, sub imperio Princ. Episcopi Monasteriensis trans Mosellam in Lotharingiam enses vibratura, ut Confederatorum molimina partim promoveat absens, hostemque a propolis in unita sedere amicorum tela machinationibus partim diveriat.

Haga Comitum, 22. Septembris.

Uniti Proceres caulam scripserunt Caesari, quare durum videatur, alienum Principem agnoscere Dominum Amelandiae, eo quod in maximum sibi vergeret praesudicium, possentque mala inde plurima gigni circumjacentibus Provinciis & Insulis. Cum multae nostrarum Civitatum habeant non paucos faucios ex obsidione Traiectensi, finitire de ea rumores loquuntur: ratum in Siciliam destinatum instructio languet. Causa D. Petri de Groot diu semisospita nunc ventilatur vehementissime, habens ultra ducentos articulos, inter quos huius quoque arguitur, quod proposuerit Proceres permovere ad Traiectum Mosae, Silviam Ducis, Bredam & alias in Brabantia sitas Civitates Galliarum Regi transcribendas: Luitaniae Rex Caesarem, Reges & Principes belligerantes litteris perquam benevolis monuit pacem, ad eamque recudendam obtulit fidelem mediantem: etiam quibusdam ratibus Britannicis e mari Mediterraneo venientibus interdixit ingressu cujuscunque portus Luitani. *Lipstadio, 22. Septembris.*

Manipuli Brunopolenses citatis gressibus cogitant Corbachium: equitatus Monasteriensis lapsa Sabbati senis horula in Lopperorde Luppam fl. Lippe transiit, cujus impedimenta sub eadem meridiem vecta sunt per hanc urbem, peditatus Sabbatina nocte in Comitatu Rurbergensi quaevit, & altera Solis illinc movit, equitatus suo sociatus in solo Colonienis, glomeratisque partibus Brunopolensem militem secuturus. Hamburgo confirmatur, Svecos muricissimam Civitatem Damm milliaro abficam Stettino, omni prius annonam, nervo, tormentisque Stettinum vectis exitum, & aliqua propugnaculorum destructione sedatam cum omnium admiratione deseruisse, terrores appropinquatione Exercitus Brandenburgici: Suralesunda de se multis amelam boni plurimi spem injicit, apprehensura immunitate neutralitatis, immo dicitur eandem jam cum amplexa, non prius divulgandam, quam Stettinum arctissime Brandenburgico Dammii praesidio occlusum & Insula Rugen in Danorum Regis potestatem devenerint, & eo tempore sui incolae merces facultatesque, quas sibi Svecia debet, recuperaverint: interea Sveci militares suas manus colligunt, quibus dictam Insulam propugnare adlaborabunt, vix quid effecturi, cum Loekenitzium penultima Solis in Brandenburgicorum manus ceciderit, & Dani spem amplam sibi imaginentur expugnandi Halmstadium, cum mille & quinque aut octingentos alar praesidiarios, paucorum dierum infestatione facile fatigandos.

Ex Tractu Rhemi, 25. Septembris.

Dimitissis Philippopoli Gallis, quos ibi Rhenus triginta & pluribus annis exolus, Princeps Lotharingicus iussit peditatum & equitatum arma acere ad dimicandum cum depradantibus Brisgoiam Gallis, aut, si pugnam recusent, ad obsidendam Hagenoam, ut volentes nolentes Rhenum Galli trajiciant. Non procul abest Miles Monasteriensis.

Imprimebat PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.